

46.

*Humane videtur in ...
D. Joseph - se sancti hominum officia ...
gens*

Eratri Baptiste Man

*Plur vult in manu ...
sub dabo ...
Gratio ...*

uani Carmelite Theologi
de contemenda

Morte Car
men

Remoldus .: Bemekow

*est possessor
hurus liby ...*

No omnes morituros Distichon

Mors certa est: incerta dies: et cura nepotum
Consultat ergo anime qui sapit vsq; lug.

Collig. ligna for. J. J. J.




*Quidam
Im vult illa dies qui ...
nisi coram ...
lug vsq; ...
finit em
par f. tunc ...
supalla ...
Mra ...
indolebili ...*

Mors est qui nemine ...

Handwritten text at the top of the page, including a large initial letter 'R'.

Second section of handwritten text, appearing as a list or series of entries.



Vertical text on the right edge of the page, likely from an adjacent page or a list of contents.

Baptiste Matuani Carmelite Theologi
de contemnenda morte feliciter Incipit.

Quid ineres. fatumq; times oblita tui mens
Stulta quid hoc tantum debile corpus emas
Dum trepidas. tuus iste metus mea viscera torquet.
Ex animo in corpus labitur iste timor
Egra tuum pallet facies confessa dolorem
Et confecta premit pectora frigus iners
Desine tristari: non possidet omnia fatum
Maxima pars rerum nil timet arma necis
Nam de^o imperium vite prestantius esse
Atq; breues mortem iussit habere manus
Unda: solum subeunt mortem. subit ignis: et aer
Queq; suo coitu quattuor ista ferunt
At quia longe alio sunt edita semine semper
Frons eadem coelo syderibusq; manet.
Ipse tamen rerum pater omnia vertere posses
In chaos antiquum materiamq; rudem
Seco diuina suis bonitas non inuida rebus
Omnia que fecit. viuere et esse sinit
Viuere et esse sinit: proprijs quoq; viribus vti
Matureq; datum robur in esse facit
Que fecit mansura manent: et robore nullo
Confecta eternos sunt habitura dies
Que mansura minus morituraq; condidit eut
Dentibus et morbo conficiente cadunt
Que superant ignes iussit consistere semper
Orbe sub extremo debile clausit opus
Sunt igitur vite latissima regna subastris

Imperat angustis moro inimica locto
Omnia nec subter lunam sunt debita morti
Vita aliquid mortis de ditione rapit
Nāq; hominum cum sint mortalia corpora mentes
Semina diuinę simplicitatis habent
Simplicitas mortem prohibet. quia nescia scindi
Se nequit in partes dissociare suas
Principijs etiam non sunt ex quattuor ortę
Hoc deus ex nullo semine finxit opus
Quid meres. fatumq; times oblita tui meno
Stulta quid hoc tantum debile corpus amas
Debile corpus amas. cuius sub pondere pressa
Uolueris in turpi velificata luto
Nec potes ad patrios tua tollere lumina coelos
Nesciasq; eternico geris esse boni
Debile corpus amas: cuius consortia in omne
Dedecus in sordes in scelus omne trabunt
Mille per affectus ignominiosa malignos
Duceris vt duro pressa iumenta iugo
Hac sub mole iaces sicut dixere gigantem
Strata sub erneo tendere membra solo
Corporis illecebrę. sed non intelligis. hostes
Sunt tibi: que incautam precipitare solent
Si perijt primus primi pater accola mundi
Et factus gustu est insidiantę miser
Alpice quot curas et quot reminiscere morbos
Ingerat bec nobis vilis et egra caro
Quam facile in saniam fluat. et dapis indiga semper.
Uigear ad dandam te tibi semper opem

Languida: seguis. iners. et semper proxima morti
Quod doleas semper quod ve queraris habet
Quid meres. fatumq; times oblita tui mens
Stulta quid hoc tantum debile corpus amat
Te dominam fecit deus: et seruire parata es
Putribus his membris tabificoq; oneri
Excutere: atq; tuas paulisper collige vires
Iuraq; naturę cerne superba tuę
Quis regit hos orbes: quis lucida sydera torquet
Dic age que vires corpora tanta mouent.
Uer. autumnus. hyems. et torrida solibus estas.
Cur redit. has verso quis facit orbe vices?
Corpora spiritibus sunt subdita. corpora vitę
Ipse agitant. coelo mens regit atq; rotat
Mens sedet in nitido sublimis vertice mundi
Atq; suum vegetat. cingit. et implet opus
Hec ea que senis res est operata diebus
Sola inter mentes ocia semper agens
Ipsa suos alias mentes fecit esse ministros
Atq; opus imperio temperat omne suo
Orbis adiunxit mentes animalq; minores
Et docuit tanti iura ministerij
Hec faciet inquit nebulas. hęc sydera ventos
Hic coitus fruges afferat. ille famem
Hec que bella mouent: hec astra ferentia pacem
Illud egestatem seminat. illud opes.
Hec sunt que curas. hec sunt que gaudia mittunt
Ista leuant homines altius. illa premunt
Sena virtutum radijs ornantur ab istis

Turpis ab his vitę nequitiosus amor
Hęc est stella nocens dubijs hęc prospera regnis
Hęc hominum vitas auferet. illa dabit.
Omnia mortalem variant que sydera mundum
Ethereis fecit cognita spiritibus
Sic dedit has animus leges artemq; mouendę
Molis. et his mundum legibus astra regunt
Corpus in hoc animus missus quasi consul in urbem
Intrat et hec animę machina parua subest
Mentibus exilium dedit hoc deus vt iuga mundi
Iusticię officijs et pietatis emant
Vita hec hippodromus: vita hec est grande theatrum
In quo cuiq; suus dat sua iura labor.
Quisq; sibi sudat: sunt qui se in sydera tollant
Sunt qui ad Plutonem precipitanter eant
Spiritus maior datus vt maioribus orbis
Sic animus seruat membra minora minor
Ipse potest iras ganeam Veneremq; domare
Et calcare suo turpia vota iugo
Te deus his igitur membris prefecit. vt omni
Quod prohibent leges sedulitate domes
Tu vires ne absconde tuas. neu cede labori
Ista est arbitrio cura relicta tuo.
Vt deus et coeli moles elementaq; maior
Sic quoq; nos mundus dicimur esse minor
Nos inq;: nam plura sumus: que copula in vnum
Cogit: et hic mundus dicitur esse minor
Omnia que in mundo fieri maiore videmus
In nobis simili cernimus esse modo.

Cor. iecur. atq; caput coeli: sunt sydera sensus.
Est animus nobis cum ratione deus.
Cetera si vigili studio quesueris. intra
Corporis humani membra videbis agi
Quattuor humores tibi sint elementa: quod erit
Quattuor ex istis corpora mixta voces
In genera et species redigas: sunt plurima vite
Indiga. et in nobis est animę omne genus
Sylua pili. genitale pecus. sunt aeris imbres
Pituitę et summa quas pluit arce caput
Fulmen erit resonans ardor qui naribus erit
Et ventos stomachi: venter. et aluus. habet
Ut; deo in mundo superi maiore ministrant
Hic tibi spirituum copia semper adest
Sunt et quos genuit iecur. et qui corde creantur
Quiq; in sublimi verticis arce sati
Hec tibi virtutum sunt instrumenta tuarum
Et celeri quouis mobilitate volant
Tu deus ergo tui tu prima potentia mundi
Atq; ita tu mundi lora minoris habes
Sis vigil. atq; datis tibi legibus vttere celos
Suspice. vt immotis legibus astra meant
Quid meres. fatumq; times oblita tui mens
Sculpa quid hoc tantum debile corpus amas.
Collige dispersos bona per mortalia sensus
Et noli in falsis degenerare bonis
Ad bona vera redi: que sunt celestia: nec te
Terreat intrandus pro pietate labor
Certandum est. nulli veniunt sine Marte triumph

Et nisi certant nulla corona datur
Est deus est ceter precium certaminis huius
Hec faciunt pugnam premia tanta leuem
Haudis in ethereos alacris post funera campo
Comenit eternis mentibus ille locus
Celestes animę sociam te in lucida tollens
Atria felices es habitura domos
A grauibus curis a sollicitudine longa
In requiem venies pacificosq; lares
Elisijs inter superos versabere campis
Subiectusq; tibi totus olympus erit
Inter abundantes epulas et prandia laeta
Nectareos lactices ambrosianiq; bibes
Talia celestis sonat ad conuiuia cantus
Et quod mota ferunt sydera dulce melos
Cum superis viues et conregnabis olympo
Tanta futura tua est gloria. tantus honor
Hic eterna quies. hic est eterna voluptas
Vitaq; perpetuis accumulata bonis
Quid meres. fatumq; times oblita tui mens
Stulta quid hoc tantum debile corpus amas
Corporis interitum metuis. labor vltimus egram
Sollicitat. mortis nomen inane times
Certum est in cineres corpus mortale reuertit
Sed tamen eternus non erit ille sopor
Sunt iterum nostrę reditura in corpora vitę
Membraq; iuncturis restituenta suis
Et quid inepta times. non sunt in morte dolores
Si dolor in morte est. est timor ille dolor

Fac timor absit. erit fatum sopor. atq; sepulchris
Corporis inualidi se nisibus alta quies
Terrificam mortem facit ignorantia rerum
Quid timeat nescit qui sua fata timer
Languida namq; potens vbi vincere pectora laqor
Incipit: in toto corpore sensus hebet
Pugnax iam cessat. postq; natura veneno
Cessit. et hostilis abstulit arma manus
Victa iacet virtus. sine vi subit atria langor
Frigidus: et vite depopulatur opes
Mors vbi iam sua signa videt procul arce leuari
Ingreditur placido membra subacta pede
Langor enim cautus necis armiger. impia furtim
Castra mouens hostes obsidione premit
Non tuba non licui non creta cornua clamant
Nec faciunt vllos ora nec arma sonos
Miles vt ad muros queat improvisus adesse
Ipse deus plantas iussit habere leues
Castra necis sunt hec. hoc milite bellat acerbus
Langor. et obscuram mittitur ante necem
De fragili velox anime fuga corpore mors est
Expectanda magis q; metuenda viro
Quid merces. fatumq; times oblita tui mens
Stulta quid hoc tantum debile corpus amas
Scevola contempsit mortem. contempsit Achilles
Et clari ac fortes magnanimiq; duces
Illietiam quibus est vite spes nulla future
Qui fidei nostre religionem carent
Actu cui sacro caput est in flumine lotum

Et que clara noue lumina leges habes
Funera formidas. et scis de funere nasci
Vix aliud prestans extremumq; genus
Si tamen in fato dicas signa esse doloris
Que moueant fortes magnanimosq; viros
Namq; oculos atq; ora modis se inflectere miris
Mortis in horrendo vidimus introitu.
Acciperem veram. falsis nec frangere formis
Nec paueas instar desipientis anus
Si qua ferunt egri vicine in limine mortis
Non facit immanis talia signa dolor
Occurrunt varic quasi somnia vana figure
Perturbantq; animos. incutiuntq; metum
Propterea multos speculis audiuius altis
Sepius et summo desilisse loco
Hoc facit illudens fallacis imaginis error
Non veniens morbi de grauitate dolor
Et stipulas quando subeunt incendia torto
Scripse tristitiam significare putes.
Quid meres. fatumq; times oblita tui mens
Sculpte quid hoc tantum debile corpus amas
Quare ita degeneras vt ames mortalia tantum
Nec videas ortus principiumq; tuuz
Ignea cum tibi sit vis et celestis origo
Quid cupis hac lutea degere clausa domo
Quid tibi cum saxo: quid cum tellure lutoz
Ipsa dei vultus effigiemq; geris
Ista relinque feris: sua sunt celestia recta
Non patria est nobis terra. sed exilium

Quid precor exilium patrię preponere maui
Cecaq; terreni carceris antra pati
Dulce est ad veterum cetus migrare parentum
Tam celebri insignes cernere laude viros
Que iucunda magis cerni spectacula fas est
Quam spectare vno secula cuncta loco
Quod si forte caue metuis tormenta gehenne
Et stygis ardentis ne patiarel acus.
Scire deum debes nobis mortalibus hostem
Non fore. inhumanum non decet esse patrem.
Non putat esse deum: quis enim consenserit illum
Esse deum demens quem neget esse pium.
Est deus omne bonum: deus est quecunq; putantur
Optima: sed melius quid pietate dabis
Quid meres. fatunq; times oblita tui mens
Stulte quid hoc tantum vile cadauer amas
Expectat te summus apex te regia coeli
Clamat. et eterni curia sancta patris
Dic age. iacturam quid amas. tua damna quid optas
Nonne putas summo damna carere bono
Dic age quid trepidas mea mens in amica venire
Attra quid penam suppliciumq; times
Quantum cuiq; grauis fueris tibi conscia culpe
Corde dole. crimen diluit omne dolor
Scimus enim que sit nostri clementia patris
Quam facili nostras audiat aure preces
Corda deo dabimus. lachrymisq; litabimus illi
Nulla accepta magis sunt holocausta deo
Si luges. pater indulgens tua debita soluit

Vult humiles animos vult pia vota deus
Grata deo non sunt fumantia tura: nec are
Nec sacra: si cordis religione vacent
Virga recens Fephyris, neruo curuabitur arcus
Igne chalibo, Adamas sanguine, corde deus
Cedite terrenę turpissima vincula cure
Cedite: nec mentes sollicitate pias
fama voluptates, honor, atq; potentia, et omnes
Fortunę fato subiiciuntur opes
Hec sunt que incautos rapiunt in tartara mentes
Ista solent nostros illaquare pedes
Hec pereunt Tu sola manes Tu nata tonātis
Dens mea, fronte hilaris regna paterna pete
In gremium patris atq; linus et in oscula curre
Surgit in amplexus regia tota tuos
Serta parant capiti radijs illustris et auro
Ibit ad extremos candida lena pedes
Omnia in aduentu (miraberis) agmina diuum
Conuersa in plautum leticiamq; tuo
Talis enim sanctos pax et concordia ciues
Iungit: vt in pelagus grande redundet amor
Propria virtutum variant insignia quoidam
Sed proprium charitas nil tamen esse sinit
Vt communis amor, sic et communia cunctis
Omnia, perfecto nil in amore suum
Quid meres, fatuinq; times oblita tui mens
Stulta quid hoc tantum vile cadauer amas
Ergo libens et sponte pedem trans limina mortis
Porrige, nec fati nomen inane time ¶ Finis

Extertia libro elegiarum moralium Jo-
annis Murnelli Elegia v. de Morte

Oscite mortales vestrum cognoscere nomen
Credite supremum semper adesse diem
Est sopsie pars prima: frequens meditatio mortis
Hoc studio nullum dignius esse potest.
Certius est fato nihil. ac incertius hora
Nos deus hinc semper perugillare iubet
Grande nihil prodest corpus. nil gratia forme
Non quas innumeras accumulatis opes
Nec vos imperium morti. nec gloria rerum
Gestarum eripiet. non generosa domus
Diues egestoso nil distat Croesus ab Hiro
Clarus apud Narium nunc quoq; Sylla sedet
Purpureos miscet turba cum paupere reges
Pectora cum vulgo nobiliora Charon
Tam gaudet cupide pucros imponere cymbę
Quam defectorum frigida membra senum
Ille nec indoctos secus irruit atq; subulcos
Uilis cum diuo cerdo Platone iacet
Quo minus infernas preceps rapereris ab undas
Non te musarum iuuat Homere chorus
Disperijt corpus. sed viuit fama perennis
Sacra poetarum corda poesis alit
Orpheus nec valuit cantu defendere mortem
Impia viuentium que vorat omne genus
Hanc non grate fugiunt super equora naues
Hanc armis pellic neccataphrattus eques

Ance rapit crebro quam bellum indicere curat
Hoc vno subigit nos meminisse sui. **C**into

CEx libro Epigrammatum Joannis
Murmellij. q̄ mors nemini p̄c̄it

Uarij verno flores nascuntur in horto
Quos diuersa breuitempore fata premunt
Hos tenero gaudens decerpit pollice virgo
Illos perfracta bestia sepe vorat
Turbida vis partem nebulosi decurrit austri
Pars etiam succo deficiente cadit
Sic hominem varijs omnem moro casibus aufert
Perpetuo uullivita tenore datur
Innumeri sternunt mortalia corpora morbi
Illos arina necant. hi perimuntur aquis
Non Atropos gemmis. non exorabilis auro
Reges vt seruos cogit obire diem
Non pueris parcat. viridi non abstinet euo
Ad senium raros sceua venire sinit
Occidit eximie quondam virtutis Achilles
Argynni rapidos forma subiuit aquas
Omne genus sopher diuinus nouit Homerus
Ac rapuit tantum mors truculenta virum
Mors homines. etiam sanctos violenter adorta est.
Quorum nunc animas clarus olympus habet
Quisquis es. in cinerem verteris. desine fastum
Si vis eternum viuere disce mori
Disce mori. prodest mortis meditatio crebra
Et procul a terris pectus in astra leuat

Anto. Tunnice! Monaste. Sapphi
rum. q̄ mors omnia tollit

Impie quis non (nisi mentis expero)

Mortis aduentum timeat virozum

Que nihil spernit nihil z relinquit **Om̄ia claudēs**

Certius loeto nihil est in orbe

Preuidet nemo tamen eius horam

Pallidum tristi venit atq; leto **Tempore factū**

Mors rapax lento tacitoq; gressu

Per domos regum nitidas vagatur

Et fores parui tuguris potentes **Circue vsq;**

Non timet duros strepitus vel arma

Milicū sicas lapides et ignem

Hostis et telum celeres sagittas **Fulmia et arc;**

Tollit hęc quicquid pia terra profert

Separat quicquid celeri volatu

Aerem. quicquid subito et natatu **Diuidit equos**

Surripit dices iuuenes et Irim

Meniini parit. pueros trucidat

Flectitur nulli specie vel auro **Mors truculenta**

Nunc vbi Sāson fabij Camilli?

Sunt vbi Alcides Cato Brutus Hector?

Sylla Cambyses. p̄ ac Ellyses **Occubere**

Om̄i mihi dulcem fera mors patronum

Abstulit sacra retinentem in aede

Cuius in coelo requiem capessat **Sp̄is opto**

Excusum Dauētrię p̄ me Albertū Pafract
Anno dñi M.D. Xiiij. Mōis Julij.

Vto hic hinc qto hinc hinc Mas Del
 Vto hic Reynoldy. qto hinc Reynoldy. Sto hinc
 Reynoldo. arq hinc Reynoldo. Vto Reynoldo
 abtto ab h' Reynoldo q plm non



Jda Ochinapo q
 que mittit qtm singulari
 in i q qm + qm
 10



Vto hinc hinc qto hinc hinc Mas Del
 Vto hinc Reynoldy. qto hinc Reynoldy. Sto hinc
 Reynoldo. arq hinc Reynoldo. Vto Reynoldo
 abtto ab h' Reynoldo q plm non